



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flores Directorii Inqvisitorvm

Bariola, Luigi

Mediolani, 1625

Consilivm Vigesimvmqvartvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11434

municationis maioris sententiam contraxisse. Accedit, quod nulla excommunicatio maior à iure, vel ab homine lata regulariter incurritur sine peccato mortifero. Cap. Nemo. c. Nullus 11. q. 3. & nulla in præfato Priore apparet peccati mortiferi labes, &c. Accedit eodem, quod in hoc casu quæstio facti, & non iuris tantum agitatur, An videlicet præfatus Prior scuerit, aut scire potuerit supradictos Patres interdictum violasse; cum autem omni diligentia, arbitrio boni viri adhibita, id scire haud potuerit; & ignorantia facti excuset. de reg. Iur. in 6. ergo &c. quinimò præsumitur ignorantia ubi non probatur scientia. per reg. 47. in 6. ergo præsumendum præfatum Priorum ignorasse prædictos Patres interdictum violasse, si tamen forte confiterit illos eosdem in loco interdicto aliquando celebrasse.

CONSILIVM VIGESIMVM QVARTVM.

N Conuentu N. Regularium afferuabantur Sacrae Reliquiae in quadam capsâ parum decente, sub quatuor clauibus à Priori, & alijs tribus Patribus retentis. Placuit Priori partem Reliquiarum extrahere quò decentius aptarentur, & in uno Altari statuerentur, prout factum fuit.

Quæritur an præf. Prior ob dictam factarum Reliquiarum extractionem, censuram aliquam, aut pœnam incurserit.

R Espondeo: nullam propter hoc præfatum Priorum contraxisse censuram, aut pœnam. Quia licet

Vigesimumquartum.

359

licet in l. i. & vlt. C. de relig. & sumpt. fun. habeatur corpus perpetuæ sepulturæ datum sine Principis li- centia non esse transferendum, absque causa, neque cum illa, absque Præsidis licentia; in casu tamen non agitur de translatione corporis Sancti, sepulturæ perpetuæ traditi, sed de aliqua particula, & de Reliquijs, quæ sepulturæ perpetuæ ibidem traditæ non fuere. Et ita intelligi debet. c. Corpora. de conf. dist. 1. vbi dicitur; Corpora Sanctorum, de loco ad locum non sint transferenda sine Principis licentia. Nauar. de reliq. & vener. Sanctorum. conf. 2. Ar- mil. in verbo Reliquiæ, num. 3. & 4.

Nec obstat, quod in Concil. Prouinc. 6. tit. de cultu Sanctorum, Mediolani habito legatur: *Quicunq;* sine Episcopi concessu scripto sacras Reliquias extra Diœcesim asportarit; *Qui item Reliquias vnius Ecclesiæ, alteri Ecclesiæ, etiam si particula tantum sit,* concesserit, donarit; *Qui item acceperit, excom-* municationis pœnam ipso facto incurrat. Tum, quia Regulares ab Episcoporum iurisdictione exempti, ce- suris eorundem ligari non possunt. c. Quanto, & c. Cum capella. & c. Quoniam, de priuil. Tum, quia Reliquiæ de quibus in casu, nec extra Diœcesim asportatae, nec alteri Ecclesiæ donatae, nec ipsi Prio- ri applicatae fuere. Cum ergo id egerit Prior non oc- culte, sed palam, ad Patrum deputatorum præsen- tiā; hinc vel dolus, vel fraus in ipso præsumi haud potest: & propterea nullam meretur pœnam; cum ritè, rectè, ac legitimè id fuerit factum. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. l. Sancimus. C. de pœnis. cap. 2. de constit.

Petr. Cened. collect. 12. ad Decretales. Praxis Curia Archiep. Neapol. cap. 71.

Z 4 CON-

